QVid eſſe hoc dicam mi Hermolae quod me quotidie nouis oneras officij: quaſi tu michi aliquid debeas: cui ego iampridem omnia debeo: venit ſuperioribus diebus huc Antonius frater in patriam ſe recipiens: Rogo quid Hermolaus agit/ hoc inquit ille agit. Te amat/ laudat/ in cælum fert/ apud me/ apud alios/ apud ipſum pontificem/ atq́ hoc ita aſſidue ita valide agit quaſi nihil habeat præterea quod agat. ſcribũt item ad me aliquando quos iſtic habeo amici vnus præcipue Coſmus pacti⁹ vir vt ſemel laudes ei⁹ complectar dignus quem tu vince ames. Is vero quotiens ſcribit totiẽs de tuis ĩ me officiis ſcribit/ de amore de mira quadã animi propenſione vt ſentias vt loquaris de me ſemper honorificẽtiſſime o inauditam hanc tuam humanitatem qui nũq̃ ſatis tibi eẽ in homĩes dictionis putas & ſi talis erga me es quo me facias magis tuum magiſquê obliges actum vt dicũt/ agis: Aut plus debere/ aut amare magis nõ poſſũ. Sed ita homo es/ alios oẽs prudentia moribus doctrina/ humanitate etiam te ipſum vicis. vale & me iam quæſo lauda modice dum tamen ames immodice: Salutat te Politianus in te amando & laudando ſemper verus ſemper immodicus. Flore die vltima. Iulii. Mccccl xxxx. Antoni⁹ fraſer. Coſmus pactius: Prouerbum

Ioannes picus Miran. Hieronymo. S.

NIſi angelus noſter ad te ſcriberet/ ego plura ad te ſcripſiſſem ſed nolo picas meas illius muſis obſtrepere/ & voluptatẽ tuam importunus ego interturbare. Quod beneficium intulit/ qui abſtinuit iniuria quam inferre potuit hanc litterarum breuitatem non potes mihi pro beneficio non imputare/ quod eris pulcherrime remuneraturus ſi pro breuiſſimis lõgiſſimas mihi ipſe reddideris. Nihil enim nobis tuis litteris gratius quibus queſo ne me defraudes/ alioquin picas mu ſis obſtre pere.

UVA. BHSC. IyR_241_1

Adagiū. ſi ſilueris/ par pari reponam. Namque ego tūc maxime non ſilebo ſic em̄ te perbelle retaliauerim. Vale & Hermolaum noſtrum delitias Romane linguæ meo nomine plurimum ſalutato.

Ioannes picus Miran. Io. Franciſco pico nepoti S.

Exoſculare. QVod hactenus tuis litteris non reſponderim hoc fuit in cauſa inciderunt in man⁹ meas libri quidam hebraici in quibus iam perpetuam hebdomadam aſſiduus fui dies & noctes: ita vt pene me exoculauerint. Eſt enim hinc ad .xx. dies diſceſſurus: qui huc libros attulit ſiculus quidam hebreus quare dum me ab illis extricauerim ne litteram quidem a me expectes neq₃ enim poſſum momentum ab illis diſcedere ne forte illi diſcedant prius q̄ ego eos omnes excuſſerim. Cum ab hac cura liber fuero obruam te litteris q̄q̄ ſcis animum me habere occupatiſſimum. Si quid autem tu vnquam mea cauſa es facturus da operam qua ratione potes ne meum iſtuc aduentum. Barri princeps deſideret: ſtudia enim omnia inter turbarem mea quibus noſti tu q̄ ſim deditus q₃ nichil præter ea curem: haud ſatis autem michi conſtat vtrum michi moleſtius illi an michi diſplicere. Vale & deum time & te quotidie cogita eſſe moriturum Ferrarie. xxx. Maij. M.cccc nonageſimo ſecundo.

Sicus hebreus

Vale religioſum.

Ioannes picus Miran. Marſilio ficino. S.

QVi ab amicis quod cupiūt pluribus cōtēdunt iniuriam faciūt amicitie quaſi ipſa nō poſſit qđ pt illecebra oronis. Quare agā tecū ſimpliciter/ vt ea exigit quæ mihi tecū iampridē itercedit beniuolētia. eſt hoc tempore ad mea ſtudia plurimum neceſſarius Iambicus platonicus/ hunc ſi ad me miſeris perpetuo me tibi officio deuinxeris erit hic ad dies viginti aut ſummum ad menſem/ illico per tabellariū remittetur. Tu interim & bibliotheca mea & rebus omnibus vtere atq₃ tuis: Vale.

Authoritas

Iamblic⁹ platonicus

Ioannes picus Miran. Angelo politiano S.

Amoroſa ep̄la. NEc vrbani⁹ vnq̄ nec Hilari⁹ acceptos ſe amores mei predicāt q̄ his proximis diebus apud te/ & q₃ amice qđē cōfoſſi ſūt cū ſibi gratulāt, maxie/ tum tibi plurimū debēt

UVA. BHSC. IyR_241_1

Quis enim nollit ab iſto enſe mori. Dolent tamen indulgenti-
us id factum eſſe q̄ oportebat atque in eo ſunt vt dubitent amo-
re ipſo in amores te cecutientem factū meos: Acita demū dubi-
tāt vt iudicio tuo alioquin grauiſſimo in ſua cauſa haud ſatis con
fidant. Confidunt tamen & iam ſe ſe vinculis aſſerunt: domi eſſe
neſciunt libertatem & publicum ſecure poſtulant. Sed quid de
epitecti tui feſtiuitate dicam: o rem iocoſam & riſu dignam cato
niano. vix erat in limine cum pendens ſinus en inquit obelos en
ſagittas ſi neſcitis grecæ. En me ſi ex veſtris quiſq̄ audax fuerit
paratum referire: Quis cachinnis temperaſſet cum ſtoic⁹ homo
tam lepide iocaretur: abſtinuimus profecto telis & ꝙ in termina
tus erat repoſiturum ſe ſe iiuriam & ꝙ ita cutis occalluerat vt tā
leues ictus non admitteret Qua igitur veneratione debuimus ſe
nem excepimus. Qui vt demum apud nos cōcedit philoſophari
cœpit de moribus Et id quidem latine non tam ob id ꝙ apud la-
tinos erat (Nam & erant in eo conſeſſu qui greca nouerant) q̄ ꝙ
latine ipſe beneficio tuo luculentius ſapere Sed nec opani per-
didit quando quidem non prius loqui deſijt q̄ nos ex peripate-
ticis ſtoicos fecerit Et appathian illam omnes approbauerimus
vt iam videre ſit paulo ante delicatos homines iam factos omniū
tolerātiſſimos qui laceſſiri quidem poſſumus ab alijs Ledi a no-
bis tantum qui fatore luctemur nunq̄ & que noſtra non ſunt ſic
fieri demū velimus vt deus vult & eos nec culpemus vnq̄ nec ac
cuſemus nihil doleamus nihil expoſtulemus ſeruire vinci neſci
amus. Re non oratione philoſophemur & qui nouitij ſumus nos
ipſos vt aduerſarios obſeruemus. Aliorum de nobis opinionem
atq; id generis alia quæ externa ſunt negligamus potius q̄ reiici
amus: Ad diem curemus vt hoſpitium viatores habeamus ea de
niq; non habeamus. Silentium amemus ne quicq̄ euomatur non
cōcoctum. Et nobis alij raro & nos alijs nunq̄ riſum piam⁹: Et vt
vno cōplectār verbo epitectū totū & ſubſtiere aduerſa & abſtine
re voluptatibus abūde didicerimus. vide q̄ ſingulatim ad epite-
ctum tuum effinxerimus vitam noſtrā: vide q̄ & citone hac quo
q; parte ſtoici non eſſemus: qui nos admonitos volūt tam diu de
ficere hoiem q̄diu non proficit: id quod q̄q̄ in ceteris admiratus
ſū in me tñ vno vel maxīe. Qui cū ſp in lyceo vel academia nūq̄
in porticu ſim verſatus: ita victus ſum orone ſenis vt in ei⁹ ſniam

puerbiū.

Riſ⁹ cato nianus

Stoic⁹ vir grauis.

Experipa teticis ſito icos

verba. nunq̄ oblitte- randa

liceūs a- theis ſco la ariſto- telis

UVA. BHSC. IyR_241_1

non pedibus modo ſed manibus quoq; & toto corpore diſſerim indicem grecoꝝ librorū. qui mecum hic diuerſant cū manuelis epiſtola quod tue littere poſtulāt ad te mitto: indicem tuorū iti dem deſidero. Laurētio iuniori meo momie ſalutē dicito ad quē ſcripturus eram ſed pudor deterruit ne videat homiem litteris compellare Vale.

Ioannes picus. Mirandu. Thomæ medio. S.

Quod fabellam tuam & eam feſtiuam quidem atq; con cinnam meo nomini nuncupaueris: indicio michi fuit & doctrinæ tuæ & ſingularis in me beniuolentiæ: gra uis vtraq; cauſa quæ me ad te amendum vrgeat & im pellat: vtra neſcio magis: vt enim in amore (quod in prouerbio eſt) Nutuum nō reddidiſſe flagitium eſt: ita laudatiſſimum homi nem & ſi non prouoceris non amaſſe: aut ruſtici eſt ingenij: aut ſane improbi. Vide igitur q̄ me geminis (vt aiunt) funibus ad amiciciam non vocas modo ſed trahis quando nec in ea eſt fabel la quicq̄: quod doctrinam: quod ingenium non oleat. Nec de me bene mereri magis preclare poteras: q̄ egregiæ fabelle dicatura meo nomini tam amici tam liberaliter conſulere: cuius argumen tū tm̄ abeſt: vt vel negligā: vel accuſam. vt etiam ſummo ope ꝓbē Mea em̄ ſemper fuit ſentētia cui neq; ex doctis quēq̄ reclamantu rum puto: Acrioris eſſe ingenii iocularia hæc & fabellas ſcribere modo id (quod preſtitiſti ipſe q̄ cumulatiſſime) erudite & elegan ter fiat q̄ de grauiſſimis rebus vel ornate diſſeruiſſe: Quippe cum operoſius lōge ex limo q̄ ex ære: Aut o ve decorā effinxiſſe ſtatu am arbitremur: cur non itidē erit de hūmili q̄ de ſublimi materia inſigna aliqd dictitaſſe: & pluris certe negocii: & iccirco et lauda bilius. illoꝝ operi argumēti dignitas lenocinat̄: Hi quicquid dig nū afferūt: id totū de ſcriptoris penu depromit̄: Nichil ipſa ma teria velut a ſymbola conferente. illis natura ſedulo opitulat̄: Hi aduerſus naturā certe contēdūt. Quod & ſi ita ſit non ibo tamen īficias īter has quas dixi humiliores materias: alliis alias mirū in modū preſtare & eſſe ēt id generis nōnulas ita iacentes ita inſipi das vt nulla vi aut maieſtate verboꝝ attolli ſatis: & ſcite condiri poſſint: Quod vitii his nūq̄ ineſſe pōt: quæ venuſta iocoꝝ vrba nitate reſarciūt: At vero ſummis ſubſelliis cōſtituēdas eas duco quæ cū ſaliū lepore adm ixtū habēt ætatū perſonaꝝq; graphicam exſcriptionē. q; & habēt ea omia: q̄ comicoꝝ ſunt: & tu in ea quam

ꝓuerbiū

Adagiū:

Sentētia mirādulę

flaccus difficile ēpprie cōmuia dicere

Subſellia

UVA. BHSC. IyR_241_1

ad me dediſti fabella pulcherrime imitatus es:q̄tum tibi argutia rum:que ſalium oportuna:& ingenioſa permixtio:vt delectat:vt lepida:vt abſoluta eſt vndiq3: & ſi q̄ materie humilitate ſordiuſcula & debilior apparuerit orōnis luce & dignitate ſe ipſam erigēs & intorē ac neruos aſſūmēs ea eſt ꝑfecto (vt paucis dicam) quæ ſe a lr̄atiſſimo hoīe ꝑfectam liq̄do demōſtret vcꝝ iter cætera oīa illa michi p̄cipue cordi eſt morū etatū pſonarumq3 exquiſita & cōmoda notatio:in qua vnam prudentiam tuā eāq3 non medio crem velut eſpecula lōge ꝓſpicio: Videres vellē quē michi cachinū moueat octogenari⁹ antiſtes.qui vt cūq3 cetera ſuccedāt hoc tamē continue ſaxū voluit vt alicūde pecuniā corrodat.quod vitiū ſenibus cognatū & familiare ſemp fuit.Quid dicam de paraſito noſtro qui a parciſſimo ſene cœnā ſaliarem diſſimulās extorquet.Qui ꝑpam vt ita dicā ſingulariſſime punicē emūgit. Nullū eſt mi.Tdoma in ea fabella verbū quod nō ſibi quoddam peculiare palmariū vēdicet.ſed neq3 meum eſt referre quecūq3 olfeci neq3 his ſum narib⁹ quæ olfecerint oīa.hoc tibi cōſtetre aut gratam magis aut iucundam mihi cōtigiſſe nunq̄ & ipſam igit̄ intra hos lares & te ipſum intra animum recepi:habes mi Thoma quod (& ſi tu peris) petēdū erat a me mutua eſt inter nos amicicia quā ipſe (vt te virū decebat preſtantiſſimū) a muſis auſpiratus es.Reliquū eſt vt quotiēs vel re mea quātulacūq3 eſt vel opera indigneris de mea in te voluntate periculū facias.Neq3 em̄ (ſi qua dabitur occaſio) vllū erga te officij genus pretermittā q̄d ipſe aduerſum me in amiciciæ veſtibulo feciſti prior Vale

Sordiuſcula materie humilitas.

Nota.

vicium ſendum

Saliaris. opitara:

pecularie palmariū

Amicicie veſtibulū

Io.Picus Miran:Concordię comes ſuo Nicolao leoniceno.S

IAm ſepius & pluribus tecū per litteras collocut⁹ fuiſſē Nicolae ſuauiſſime ſi vbi nā eſſes mihi aut nūtio aut litteris aut rumore notum fuiſſet.Ego vero id anxie amultis percūtatus fui dubiū ab omnibus reſpōſū accepi/Tādē ſupiorib⁹ dieb⁹ i man⁹ meas īciderūt Antonij fauātini grauiſſimi philoſophi ad.Thomā frignanū littere ex illis te eē.Florētie q̄d michi tūc gratiſſimū fuit accepi hoc ſimul ac intellexi litteras per tabellariū ad te Florētiā dedi.Vanum fuit iter neq3 em̄ illic te repperi: Dolui ſommopere hodie Thomas ſignificauit te Florētia diſceſſiſſe & Bononiæ eſſe illico has ad te deferri iuſſi.in quibus quidē neq3 meā in te beniuolentiā neq3 ſigularē amorem pluribus ape

Antoni⁹. tanētinu



UVA. BHSC. IyR_241_1

rire nitar neq₃ em̃ de noſtra in te volũtate tibi vel pauxilulum qui dẽ ſubdubitãdũ niſi me& egregiæ virtutis tue & tuorum ĩ me of ficioꝝ quod meũ nõ eſt oblitũ exſtimares: Non potui au tẽ non mirari ſummopere ꝙ cũ ex vrbis tumultib⁹ te eripuiſti queſitur⁹
Vrbis tumultus. ſedẽ in qua viuere & tranquille poſſes & iocũde oppidulum noſtrũ aut certe oblitus ſis aut certe contempſeris viſus es Nicolae diffidere aut volũtati meæ aut facultati vt vero hæc tuis meritis minor. ita illa tua maior opinione gratũ michi erit ſit me tui cõſilij admonueris gratiſſimũ oĩm ſi meos lares tibi cões non dedignaberis mecũ ociatur⁹ dũ cæteri cũ matre negociabũt. Reliquũ
Io. grammaticus io. grãmaticũ ad te mitto quod ꝑ multos dies nõ inuentum nunc reptum eſt Tuus ſum & te expecto. Vale Mirandulæ die. xx. Iulij. Mcccclxxxii. Cura om̃i diligẽtia ſi me amas habere indicẽ oĩum librorũ qui in bibliotheca Sancti Dominici reperiunt Mitte vel tecũ affer. Vale iterum. Villã exædificaui ſuburbanã amœnã
Longum carmen. ſatis pro loci & religionis cõditiõe. Carmẽ longũ de ipſa compoſui & tibi domus ſuauis & carmẽ erit nõ iniocũdum iterum. Vale

Ioannes picus. Miran. Angelo politiano ſuo. S.

QVod proximis lr̃is tuis me tãtope laudaris debeo tibi tm̃ quantũ ab eo abſum vt merito laudet. id eni debet cuiq₃ quod gratis dat nõ quod perſoluit: Quare & ipſe id totum tibi debeo quod de me ſcribis. cũ in me tale ſit nihil. Cũ id michi ipſe nullo pacto deberes. id totum tue fuit hũanitatis &
Nouicij. tirũculi. ſingularis in me beniuolentię. De cetero ſi me examinaris nichil inuenies niſi tenue hũile & ãguſtũ. Nouicii ſumus atq₃ tirunculi qui ex inſcitiæ tenebris pedẽ modo mouimus ꝓmouimus fere nihil. Benigne nobiſcũ agit ſi inter ſtudioſorũ ordies referamur. habet docti nomen quiddã aliud quod ſit tibi: & tui ſimilibus peculiare michi tã grãdia nõ conueniunt Cũ eoꝝ que. in litterarum
Greſſio. Rhetoriſſo ſtudiis ſit pcipua nichil non ſolũ exploratũ habeã ſed nec ad huc etiã niſi ꝑ tranſennã viderim. Conabor quidẽ (id quod nunc ago) talis eſſe aliquando qualẽ nũc me ꝓdicas! & eẽ aut iudicas aut certe velles. interea imitabor te ãgele qui te grecis excuſas ꝙ ſis latin⁹ latinis ꝙ grecisses. Simili & ego vtar perfugio vt poetis rhe
Vulgate puerbiũ toribuſq₃ me approbem ꝓpterea ꝙ philoſophari dicat. philoſophis ꝙ rhetoriſſem & muſas colã q̃q michi lõge aliter accidit atq₃ tibi. Quippe ego dũ gemis (vt aiũt) ſellis ſedere volo vtraq₃ ex

UVA. BHSC. IyR_241_1

cludor ſitqꝫ demū(vt dicam paucis)vt nec poeta nec rhetor ſim neqꝫ philo ophus.Tu ita vtrunqꝫ iples vt vtrū magis haud ſatis cōſtet q & grecā & nr̄am mineruam ita pulchre amplectaris q̄ſi ci=gnus vtriuſqꝫ ligue vt que inſcitia ſit q̄ genuina non facile diſcerni poſſit.Nā vt de latinis taceam(de his em̄ cuie prio loco ceſſeris) quis credat(vt de Adriano ille)romanum hoiem tā grecie loq.iu=rabat emanuel nr̄ dū tuas legeret non eē tā atticas athenas ipſas iſ es mi:āgele(faceſſat adulatio)cui ex nr̄is imus aut alter ne dicam nemo cōferēd⁹ ſit.Qđ ſi plures eēnt tales nō haberent hæc ſecula cur iuiderent antiquitati:incūbe quæſo & lr̄as q̄tum potes a ſitu recipe ne nitor ille Romane linguæ iiuria tēporū penit⁹ obſole=ſcat excude ſp aliqd nouū quod rē latinam adiuuet & illuſtret.Et que d ɔ mi habes fac tandē exeāt.in cōmunē ſtudioſorū vtilitatē. Ego quidē vt te ipſum ita tua omnia amo atqꝫ deſidero.tum eo magis ꝙ te michi exemplar propoſui ad quod effingar & ſi iſ es Quem vt ſequi omnes debent ita conſequi pauci poſſunt. Vale.

greca mi nerua

Adrian⁹ emanuel noſte

Sētentie nō pui fa ciende

Ioannes picus.Miran.paulo corteſio ſuo.S.

BEne cogitas paule:Mittam⁹ crebro epiſtolas vt q locoꝝ iter uallis diuidimur epl'aꝝ certe viciſſitudie cōiūgamur leuare ſolet abſētū deſiderūt Si quā domi illi⁹ aut ſtatuā fortaſſe.habeas aut imagineī Mihi vero iter imaginē & epiſtolā hoc intereſſe videt hæc mentē corpus illa effigat illa extrema tm̄ deliniat hęc intima ēt plane exprimit & effingit.illa amici q̄ſi tunicā & amictū hæc verū nobis amicū rep̄ſentat illa carnis colores figuranqꝫ quod poteſt emulat.hæc cogitatiōes:conſilia dolores gaudia curas.oēs deniqꝫ effect⁹.Et que ipſe ſibi vix quiſqꝫ p̄ſens loquit ſecreta ai:ad amicū abſentē Fideliſſime trāſmittit hæc deniqꝫ viuū & efficax:illa emortuū & mutuū ſimulachrum eſt.Miſſitemus has igitur iuicē aiorū imagines:tu quidē q̄s potes aureas & argēteas ego vel æreas vel teſtaceas' Sic em̄ extra omnē eī im⁹iiuiā locorū & tēporū. Sicut.nec ipſa ai vis:aut loci itercapedies:āt temporū moras nouit.At vero illđ quantū eſt qđ ego tibi debeo paule officioſiſſime:qui me ad hoc officiū prior vocaſti tali p̄ſertim epl'a:q me edeo tenui & oblectauit vt m'tos iā dies nulla me magis lectiōe memiceri oblectari.Eſt.n.plena facūdie.plena gra=rum:plena amoris & beniuolentiæ expectabas fortaſſe vt dicerē plena mearum laudū.Et quidē eram & hoc dicturus. Non enim

Deſiderij leuamen

Imaginis & ep'e diſcremē

Ep'am laudat.



UVA. BHSC. IyR_241_1

Amicoꝝ laudationes oblectant.

adeo ferrens aut ſi hoc mauis dici adeo ſum philoſoph⁹ vt amicoꝝ laudationibus non oblecter. Quæ ſi ſunt vere me ipſum mihi ſi falſæ illoꝝ michi amorē voluntatēq; cōmendant. facile igitur impetrabo a mea philoſophia vt tuas epiſtolas & crebro legā & cū voluptate etiam qua parte me laudant Sed nō illud tam facile vt in repēdendo officio hoc litterarū ſatis ciuilis appareā aut nō ingratus: Ita eñ Imperioſa domina me diſtringit ita parſum exigit quotidie ita deniq; totū me occupat vt vix quicq̄ de me michi etiā ipſi reliquum ſit. Sed qua tu es humanitate & epiſtolas etiā malas cum ſcribemus & ſilentiū equi boni cōſules cū acrebimus. politianus comunes delitiæ te ſalutat Vele.

Ioannes picus Miran: Troilo maluetio. S.

De ſortibus liber

Libell⁹ tu⁹ de ſortib⁹ tāta me affecit voluptate quāta ſoletis affici. Cui optima ſors cōtingerit. Ago tibi īgētes gratias q̄ me tuaꝝ lucubrationū feceris participē taliū pſerti. in quib⁹: & diſputandi ſubtilitas & multiplex varium rerum cognitio facile apparet: Quorum alterum ingenij. alterum diligentiæ laudem habet: Nugas noſtras quas deſideras pro pediem ad te dabo. incertum. n. vtrū indignius illarū te lectiōe occupatiſſimū iuriſconſultū detinere an deſiderio amiciſſimū hoīem diu ſuſpendi Vale & me ama. Eer. xxix. Maij. M. cccclxxxxii

Ioannes picus Miran. Taddeo vgolino. S.

De⁹ hūanū clemētiſſimus.

GRatiſſimas habui lr̄as tuas plenas amoris fidei & charitatis nō ob id tātū q̄ tu mei memineris ſed quod in illis me amice amones vt ego ipſe mei ideſt bonorū ſtudiorū & quā dedi expectationis ſubſtinēde memineri equidē īfirmitatis meę cōſius nihil vel mediocre de me polliceri auſim Sed ille a quo omne bonū pater luminum clementiſſimus vt ante hac dedit vnde de nobis aliquid ſperarēt hom ies. ita dabit in poſterū: vt tā bene cōceptā opinionē fruſtra nō habeam⁹. Romā propero vbi de noſtris ſtudijs piculū vel cum periculo faciemus. Si quid profecerimus dei eſt munus: illi laudes & gratiæ. ſi quid defecerimus: noſtra eſt inbecillitas nobis imputato: Cęteꝝ ego ſum tu⁹ vt qui ob tuā & vitæ & morum integritatē vix Hieronymo noſtro in te amando primas conceſſerim Vale. ex fracta.

Ioannes picus Miran. Thomæ medio. S

UVA. BHSC. IyR_241_1

Solid⁹ nunq̄ meo oblectatū memini q̄nup: dū tuā epyro
tā legerē: fabellā ꝓculdubio facetiſſimā: cū argumēti fe
ſtiuitate: tum ſtili eruditioni priſcas etiā comedias pro
uocatē. Quid .n. has nouitias dicā ieptas plane & infacetas q̄ au=
ctorū infantiā facile declarāt. digna ꝓfecto fuit. quæ Hermolao
barbaro. Neſcio an tuo. q̄ meo magis nominatim dicaretur. Cui
vni omnes litteratos tantū debere exiſtimo; quantū vix pebēt an
tiquitati: Quod me ea minime fraudaris. feciſti ꝓ tua in me. ante
hac ꝑſpectiſſima beniuolētia: Nec eſt quicq̄ apd me tāti: qd ſi tibi
q̄ſi mutuū miſſitē: relatā grām abūde putē: Comediæ nouæ: quā
michi polliceris. iā expectās inhio Neq; eſt quicq̄ quod ea magis
optē. præter vnū ad nos aduentū tuū. Quē niſi ad decē dies hinc
michi abſcedum foret: vt ex ſita noſtro te cognouiſſe arbitror
efflagitando certe abſte impetraſſem: eſt eñ ex his coniicere quę
ſcripſiſti: Quid ſit futurū amænitatis in conſuetudie: quid in ip=
ſo cōuictu: quid in viuis vocibus quæ ꝓfecto latrentem habent
energiā. quæ altius animum voluptet afficiatq; miaris modis qui
oībus ſcriptionibus lōge ꝑponderant: Sed quando hoc non licet
interim a me comediæ materiā non expectes. Malo' vtrūq; e tuo
penu promas vt Thomā mediū nō medium ſed totum fabellat ſa
piat: Vereor eñ ne obſequēdo tibi hebetudo ingenii. michi iactu
ram faceret. Et ex eo qd de noſtro admitterer ab opifice opus de
generaret. Apud me nihil eſt nō expoſitū: inſulſum: fatuum. ple=
beium. At deſiderāt hæ comediæ neſcio quid ſecretiorū. rerū. ſal
ſum mordax: elegās acutū tibi tuiq; ingenij amenitatibus pecu=
liare. Quare rem matura michi futurā q̄ gratiſſimā: vt quando te
corā frui non licet: fruar hac ratione vel abſente. Quod ſi vt dixi
antea tam citus hinc michi diſceſſus nō fuiſſet. profecto aliquod
dies & genium ſimul & ingenium excoluiſſemus Vale.

Epyrota fabula

De hermolas barbo ro

Energia efficetra. operatio

ngenii. habetu do

Geniū ex colere.

Ioannes picus Miran. Marſilio ficino. S.

Chaldaica Arabica hebraica.

Non poteras opportuni⁹ maumettē tuū latinū repetere
q̄ hoc tēpore quo me ꝑpediā maumettē ipſū patria li=
gua loquētē auditurū ſpero poſtq̄ eñ ebraicæ ligue ꝑpe
tuum mēſem dies noctesq; iuigilaui. ad arabicæ ſtudium & chal
daicæ totus me cōtuli nihil in eis veritus me profecturū minuſq̄
in hebraica profecerim in qua poſſum nondū quidem cū laude:



UVA. BHSC. IyR_241_1

Sed citra culpã epiſtolã dictare: Vide quid poſſit impetus animi. Vide quid labor & diligentia etiã vbi ſint vires ĩfirmiuſculæ. animarũt autẽ me atq; adeo. agentẽ alia Vi compulerũt ad arabum litteras chaldeorũq; perdiſcendas libri quidam vtriuſq; liguæ qui profecto non temere aut fortuito ſed dei conſilio. & meis ſtudijs benefauentis numinis ad meas manus peruenerũt. Audi inſcriptiones vadimoniũ deſeres Chaldaici hi libri ſunt Si libri: ſunt & nõ theſauri in primis. Ezre Zoroaſtris & melchiar magorum oracula in quibus & illa quoq;: quæ apud grecos mendoſa & mutila circunferuntur leguntur integra & abſoluta. Tum eſt in illa chaldeorũ ſapientũ breuis quidẽ & ſalebroſa: ſed plena miſterijs interptatio. Eſt itidẽ & libell9 de dogmatis chaldaice theologiæ tum perſarũ grecorum & chaldeorũ ĩ illa diuina & locupletiſſima enarratione. Vide marſili quæ inſperata mihi bona irrepſerũt in ſinũ Cur nõ ego & Cornu copiæ iã mihi nactus videas. Sed quod de arabicis. in quibus & maumet toletini epiſtolæ & albulgalẽ. q Aueroem audiuit (& quod te magis tãget) adelãdi cuiuſdam: qui ſub ãmonio plotini magiſtro in egypto philoſophatus eſt multæ ſunt queſtiones. Deus boneq̃ pythagorice q̃ plenæ priſcorum dogmatũ & ſecretioris diſcipline inualit ſtatim aĩm efficax votũ poſſe hec p me abſq; interprete euoluere & perſcrutari atq; hoc nũc ago. hoc ĩ deffeſus aſſiduuſq; ſaxũ voluo: hic eſt Marſili meus cupido: hi mei ignes: qui nõ fluxã & vanã ſed firmũ michi non pollicẽtur iã ſed pſtãt voluptatẽ: Verã imaginem futuræ gloriæ que reuelabiť in nobis: ſed redeo ad tuas litteras. Tuus Maumet tes peruſiæ eſt: quo cum rediero (abſum. n. ob peſtis ſuſpitionem ibit ad te continuo. de plotino q; ſcribis haud ſatis intelligo: hoc ſcio nõ excidiſſe mihi plotinũ quẽ non in manibus habẽdum modo Sed & dicẽndũ adeo michi & ſemper ſenſui & nũc quoq; cenſeo. Si tu quicq̃ de me vľ apud mithridatem vel apud petrũ leonẽ conqueſtus es non poteſt non iniurla id a te factum ĩ me qui tibi & tuis rebus iiurius nunq̃ vlla ex parte fui. Quid tamen illud ſit adhuc neſcio volẽs neſcio. pythagoric9 ſũ apd quos nihil ſãctius amicicia q̃ ſiqdẽ qđiter nos vel labefctãre poſſit vľ minuere (vt dicunt) abeat ĩ zephyros Vale & me ama qtuus ſum ęque atq; olim fui ex fratta.

infirmiuſculus.

Magorũ oracula.

plotinius

Maumet

Mirãdulę hũanitas

Ioannes picus Miran: Hieronymo donato. S.

Am diu quę mea eſt negligentia. ad te nichil ſcripſi. es vna fuit i cauſa ſilẽtij huiuſce noſtri patiar me

UVA. BHSC. IyR_241_1

hoc crimie a te cēſeri.negligētia ſcilicet:Alioquī nec obliuioſum virū nec amiciciarū deſertorē:Quas mihi aduerſus id.igenij ami cos:Quo eſt donatus nō tēporarias/ſed ppetuas omino ſtatuo.

Ioannes picus Miran.Hermolao ſuo.S.

DEdi ad te litteras ſuperioribus dieb⁹ per ſitam noſtrū Neſcio an delatę fuerint.Commentaria quę petebas in Ariſtotelem cur nō acceperis/ex eodem te intellexiſſe non dubito.Venient cum primum ego ad bibliothecā meam rediero:qui alienas huc in preſentia exploraturus veni:Nec eſt cur vię me pœniteat/adeo multa hic reperi cū gręca/tū latia/ad hūaniores ſitteras.eruditāꝗ philoſophiā facientia.Qui&hac ipſa die/qua hac dabā/incidit i manus Apuleij fragmentū de interptatione:opus eſt eruditū.& quod Apuleij plane eſſe cognoſcas:ſed multilū mancūꝗ.Scirē abſte libenter iſtic ne aut vi q̄ qđ ſcias iteger habeat:Quā q̄ cū tua edideris.quę habes ſub incude/nō erit āplius cur Apuleiū deſideremus:De ſtudijs meis ego qđ ad te ſcribā nihil habeo/niſi aſſiduū me in Hermolao eſſe mearū ꝗ noctiū maximā partē:In tuo themiſtio vigilarę.Diuerti nuper ab Ariſtotele in achademiā.Sed nō transfuga.vt iquit ille/verū explorator.Videor tamen(dicā tibi Hermolae quod ſentio)duo in Platone agnoſcere:Et Homericā illā eloquēdi facultatē ſupra proſam orōnē ſeſe attollentē/& ſēſuū/ſi quis eos altius introſpiciat cū Ariſtotele oīno cōmunionem:ita vt ſi verba ſpectes/nihil pugnātius/ſi res nihil cōcordius.ꝗ ſi quando dabitur:id qđ votoꝝ meoꝝ ſumma eſt/tecū ad dies aliquot philoſophari/agem⁹ de hijs corā latius & ſenſus hui⁹ mei periculū aliquod faciemus: Vale eui noſtri decus.Flo.M.cccclxxxiiij.die.vi.decēbris.

Cōmētaria in ariſtotelem

Apulei⁹ de iterptatione.

Transfuga explorator.

Eui dec⁹

Ioannes picus Mirā.fratri Baptiſtę Mātuano Carmelitę.S.&c.

SAlue pater optime olim ad te nō ſcripſi ſed interim legi que tu ſripſiſti diuina ſcilicet atꝗ ſanctiſſia illa tua poemata:in quibus ea reꝝ maieſtas is ſplēdor eſt eloquētię vt certati i illis palmā ſibi vēdicare verba atꝗ ſētētię videāt: fœlix qui velis optia eadē poſſis/fœlices nos quib⁹ nō ſolū legere q̄ ſcripſiſti ſed etiam te amare te videre te alloqui datū ē.Diues hic mihi materia & quę non epiſtolam ſed iuſtū volumen impleat ſi euagari me in laudādis tuis pœmatis vel imbecillitas noſtra ſine

Felicitas mātuani



UVA. BHSC. IyR_241_1

retur pudor tu⁹.Hoc vnū dixero delectari me adeo lectiōe tuorū carminūvt fere quotidie mevr̄ tediūvr̄ cūfatigatio cepit in illam q̄ſi in hortū ſolitus ſim ſecedere.Vnde aio tāta ſemper oboritur voluptas vt nihil cupiat magis q̄ iterū fatigari vt iterū recreetur philoſtratū de Appolloniȷ́ vita ſi ſatis illo esvſus deſidero & Zachariæ philoſophi:quē te nactum Rome dixiſti exēplat cura vt aliquando habeā/ prætereaq̄ȝ īdicē bibliothecæ veſtræ Bononiēſis ſi tuo id comodo fieri poteſt. Vale.

*In hortū ſecedere*

Ioannes picus Miran.C:F.S.

QVeſitum diu apud me fuit tecumne ſilētio an litteris agendum foret.Que res vt pote anſam vtrinq̄ȝ habēs cum nunc in hanc nunc in illam partem a me iudicaretur in cauſa fuit cur in hoc vſq̄ȝ tempus tecum ſiluerim.Videbatur.n.preauribus preſertim occupatiſſimi leuioribus his nugis obſtrepuiſſe nō minus impudēs q̄ iportunū:& erat quod ad te ſcriberē te dignū penitus nihil.Rurſus ſi hominē qua tu es dignitate inſignē de meo optime meritū quando corā nō poſſem p̄ litteras nō venerarer ab officio ꝓculdubio deficiebam.His cū diu fluctuaſſet animus vicit tandē pudorē pietas perſuaſitq̄ȝ audaculi & temerariȷ́ ſubeūdā potius notā q̄ obliuioſi hoīs vel negligentis. Accipe igit̄.C.p.qua me excipiebas ſemper cū iſtic eram hilari&porrecta fronte litteras meas ieptas illas quidē & in compoſitas ſed fidei erga te meæ ſed diditiſſime tibi profectovoluntatis grauiſſimū teſtimoniū.Quibus hoc vnū tibi i primis ſignificari volo nichil eſſe quod magis cupiā/ q̄ dari mihi occaſiōem aliquā qua teſtem dilucide apud te reliquā meā in te fidem pietatem & obſeruatiā.His em̄ ſi de nobis periculum aliquando feceris ita me iter eos qui tibi dediti ſunt ſuperiorem eſſe cognoſces:vt tu cæteros tui ordinis antiſtites virtute doctrina & ſanctimonia mirū in modū antecellis.

*Prouerbiū*

*Amicum fluctuare*

Ioannes picus Miran.Baldaſſari milliauacce.S.

MIraberis & quidē nō iniuria reſponſū a me litteris tuis vel longe ſerius q̄ tu fortaſſe deſiderabas & ipſe litte⁹ræ tuæ merito poſtulabant:id cur ita euenerit paucis accipe.Iturus erat ad voſ iiſdē ferme dieb⁹ quib⁹ tuas accepi vir ſane ꝓb⁹ ſed mihi antea ignot⁹ negociari ſeſe aiebat Mediolani oportunā mi hi ꝓfectionē duxi q̄ fieret vt p̄ fidū nūciū & qd̄ i p̄mis

*Negociari.*

UVA. BHSC. IyR_241_1

optabā ſine mora litteræ mæ tibi redderētur. Sed auſtrū perculi: nam cū ille in menſem diſceſſum ſuum perendinando diſtuliſſet diſceſſit tandē: ſed me penitus ignaro. Michi vero cū iam ſpe certi nūcij factus eſſem negligētior litterarū obliuio pene ſurrepſerat. Nunc demū cum tua ad me epiſtola in manus icidiſſet velut obdormiētem illico excitauit admonuitq; tēporis ſine officio ꝑtermiſſi: Dolui (deum teſtor) non mediocriter & nunc quoq; doleo nec ideo hæc dicta velim vt me excuſſem ſed vt accuſem potiꝰ facile patiar neglegētiæ dānari me & inq̄ maluerıs pœnam abſte vocari. Nūc ad litteras tuas. Accepi & ex litteris ipſis & ex libris grȩcis quorū tu mihi copiā tam liberaliter tam amice feciſti voluptatem non mediocrē. non tam q; eorū vſus ad mea ſtudia plurimū faceret q̄q; perpetuæ inter nos futuræ neceſſitudinis fundamenta iecerimus. Quā vnam pluris facio q̄ aut Sunādij aut Prolomei vniuerſam bibliothecam. Tantū em̄ abeſt vt litteratorum hoim amicitias negligā: vt nihil mihi aut curȩ āt cordi ſit magis Scio aūt quē tu inter litteratos homies tibi locū vendices: Quandoquidem doctrinæ eruditionis humanitatis tuæ euidentiſſimū mihi argumentū fuit epiſtola tua. Quare ni te amen plurimū dedidicerim profecto me & faciā longe aliter q̄ conſueuerim. Amo igit vnice q̄uis te nunq̄ videri. Amo ita ex animo vt ex aimo magis paucos ameni: vt demū accedere ad familiaritatē quidem poſſit noſtrā ad amorē non poſſit. Et ſi quid id eſt quod poſſit accedet illud omē aduētu huc tuo. Quē & litteris tuis tu te vltro pollicitus es. & nos ita ardenter petimus vt impatienter deſideramus Ioannē grāmaticū i phyſica & Ariſtotelis methaphiſica ſi michi cōparatis perpetuo me tibi officio deuinxeris. Nam & apud me non ſunt & ſum eorum magna in expectatione. Vale.

*Marginal notes:* Auſter ꝑiculi. — deū teſtatur. — Simādij & ptolomei bibliothece q̄ celebres — Nota. — Ariſtotelis metaphiſica:

Ioannes picus Miran. Iacobo feltrino.

Litteræ tuæ ſi quando alias nūc me maxime oblectarūt: quibus eam de me exiſtimationem apud te eſſe cognoui: qua ne fingi quidem voto melior poſſit. Vnum illud me perturbauit q; cū in ijs q̄ ad te ſcripſi nihil notaueris: ſuſpitionem feciſti ne cūcta nota digna exiſtimaueris. Tūc em̄ vel placuiſſe pluria crediidiſſem cū diſplicuiſſe aliqua ſignificaſſes. Quo fit vt ſine teſtimonio tuo alioquin ꝓbatiſſimo in mea cauſa ſatis cōfidā. Amas em̄ noſtra oīa perinde atque nos; & cū ex innata ingenij tui facilitate cūctos tol

*Marginal note:* Mira pici adiuēſtior

UVA. BHSC. IyR_241_1

Emulari imitari.

las id tibi præcipue in rebus noſtris accidit: qui id omne quod in nobis eſt ex tuo fonte manauit. Equidẽ emulari te: tuis perſtare veſtigijs: nec deſiſto nec deſinam. Vtinã te aliquando conſequar Sed hoc doleo ꝙ locorũ interſapedine fiat quominus te altiſſimos philoſophiæ locos vt ſoles grauiter pertractantẽ coram audiam. Quod & ſi eadẽ quæ dicis per epiſtolas veſtras mitti poſſunt id quod impetratum abs te maxime velim: habet tamen neſcio qd viuat vox quod magis afficiat afformetqꝫ diſcipulũ. Vale

viua vox qd hẽat

Ioannes picus Miran. Hieronymo Donato. S.

ACcepi litteras tuas & ſuaues ꝓfecto & eruditas qbus non aliter oblectatus ſũ atqꝫ olim tua cõſuetudie cũ patauij eſſem quotiẽs ea mihi fruẽdi occaſio offerebatur cuiꝰ quidem & cupidꝰ & appetẽtiſſimꝰ ꝑter tuã ẽt opinionẽ ſẽp fui Neqꝫ ẽm latebat me ꝗ dulce ꝗ amœnũ eẽt Dõati igeniũ qbonis oibꝰ diſciplis oi demũ virtute exuberãs vndiqꝫ atqꝫ refertũ. Sed ita eſt profecto mi Hieronyme: ita mihi pſepe cõtigit facultas & libera & expedita eiꝰ quã maxie rẽ cupimꝰ adipiſcendæ inertes nos facit & negligẽtes dũ eñi id quod hodie pretermittimus & cras fieri perꝗ cõmode ſperamus fit demum vt ex hac ſupina dilatiõe noſtra cõniuẽtibꝰ nobis effluat annꝰ. Sed qñ res ita recidi: feciſti tu quidẽ per pulchre qui me nũc etiã ad hoc officij genus obdormientẽ tuis literis excicaſti. Quo vt ar aduerſum te ſæpius impoſterꝫ & te vt itidẽ facias rogatũ maxie velim. Quod attinet ad tua carmina fuerunt illa quidẽ dũ eſſem patauij apud me cõplures dies, meminiq me libelli amœnitate & lepidiſſima verſuũ compoſitiõe delectatũ plurimũ. Sed niſi fallor anteꝗ illinc abſceſſerim Ramuſio reddita ſunt de cæteris ꝗ aut i me aut mea ſunt ita cõſtitutũ habeas vt vel eis protuis vſurus ſis vel certe & mihi & amicitiæ noſtræ facturus iniuriam. Vale:

Donati laudat' ingenium: feſtiue

Amicicie iiurias.

Ioannes picus Miran. Angelo. S.

CVm tenues muſas meas quibus dũ per etatẽ licuit de amoribus meis iocatus ſum in libellos quinque digeſſerim: mitto ad te illorũ ꝑmũ miſurꝰ reliquos ſi i hoc vno amicũ expiar te nõ aſſẽtatorẽ. Ea eñi lege ad te veniũt vt caſtigẽt & vapulẽt vt erratorꝫ pẽas & vngue & obelicis luant. Adhibe igitur te illis equũ iudicem non iniquum hoc eſt ſeuerum non indulgentem. Nam

impenſe erat ſua ſeuer caſtigari.

UVA. BHSC. IyR_241_1

que maior iniquitas q̄ amicū fallere de te ſibi oīa ꝑmitētē nō eo vſ q; ingenio delicato ſū vt alienas lituras faſtidiā· nō adeo mihi bellus videor vt cēſorē vel negligā vel accuſē. Quī forte nec tu nec qſpiam crederet q̄ hæc mea mihi nō ſatiſfaciāt: q̄ i iis ēt magis placēt ne ſim vt iqt ille Suffen⁹ timeā. Nimirū oēs fallimur nec videm⁹ māticā quæ i tergo eſt. Quare operā tuā in re honeſta & liberali amiciſſio hoi ne deneges: tā mī to ꝑſerti ſtudio: tā ex aio eā efflagitanti. Qđ ſi is eſſem a quo in eiuſmodi te tibi grātia referri poſſet non tacerem græcum illud Liſippum appellis & appellem liſippi alterna opera viciſſim vti ſolitum Vale.

Nulla maior i̇quitas q̄ amicum falle

Suffen⁹.

liſippus.

Ioannes picus Miran. Angelo politiano. S.

CVm ſuperiorib⁹ annis Florētiæ eſſē amatorias elegias quattuor apud te reliqui. q̄s vt fit exercendi igenii gratia per id tēpus pene puer efinxerā. Erāt illæ quidā iſulſe. inerudite & leues quæ auctoris ætatem & inſitiam facile preſeferrent Tu tamen illas non pro rei merito ſed pro tua benigitate vel indulgenter approbaſti: Et ob id ipſum vt fidem faceres ꝙ approbaſſes exemplaria petiuiſti profecto non ignarus ea eſſe animis adoleſcentum ad virtutem acerrima incitabula vt laudis cupiditate illecti. quam libauerint gloriolam mox deguſtare altius euitant. Vt eñi deſperatione vires & iacēt protinus & frigent ita ſpe attolli atque inflāmari nemo eſt qui dubitet. Sed iam ætatis patrocinium tollitur & quibus antea ſubſignabatur errorib⁹ nūc vitio mihi vertetur ꝙ nō eos iā maturior annis aut repurgauerim melius aut deleuerim. Quæ igitur apud te carmina ex noſtris ſūt ſi me amas aut remittas ad me aut laceres au tigni tradas Et omnia elaborata magis & complura alia quæ poſtq̄ iſtinc abceſſi mihi per ociū exciderūt breui tuæ limæ demādabuntur interim quæ ſine amici intertrimento viuere nō poſſunt capitali dānent calculo. præterea epitectum tuū. & quæ de homero in hanc vſq; diem a te tranſlata ſunt. item quæ de iuliano medice ſermone patrio & quecūq; alia latino ſermōe compoſuiſti ad me miſſa aīno velim. hoc ita a te peto vt qui ipenſiſſime ita. n. deſidero vt qui impatientiſſime: neq; eſt q̄d recuſes ꝙ ea forte ad vmbiculū nundum deſtucta ſint: Quando quidem omnia ſi tua hæc fuerit ſnīa clā apud me futura tibi iam prenuncio atq; polliceor. Vale.

Amatori e pici elegie

icitabula gloriole

Sētentia egregia:

A vmbilicū educeri

Ioannes picus Miran. Marſilio ficino. S.

UVA. BHSC. IyR_241_1

Ab animi nobilitate non degenerādū trimegiſto teſte.

MEi ſemper fuit iudicij Marſili doctiſſime nullā eē in re magis elaborandum q̄ vt ab aīmi nobilitate qua trimegiſto teſte poſt iouem ꝓximi exiſtimamur ꝑ deſidiā atq; ſe cordiam nullo pacto degenerem⁹: idq; mihi potiſſimū ſēp fuit vt vndecūq; poſſē mihi aī cultū & bonaꝝ artiū diſciplīas cōpararem: Quod q̄dē meū cōſiliū & ſi a pueritia vſq; cōſtātiſſimū mihi fuit excitarūt tamē ſummope atq; iflammarūt cū apud te eſſem ſuperiorib⁹ annis adhortationes tuæ. nec vnq̄ ardenter magis q̄ ex illa in hāc vſq; diē me totum litteris addixi. Iā tres annos Marſili apud peripateticos verſatus ſum nec omiſi quicq̄ quantū in me fuit vt Ariſtotelicis ædibus quaſi vn⁹ ex eorum familia non indignus admitterer. Quod quidem & ſi haud abūde conſequutus ſum. Quippe q̄ vix ſim ī veſtibulo. eo vſque tamen proceſſi vt ſi non docti & eruditi. quod nec per ætatē licet ſtudioſi tamen nomē mihi vendicare non dubitē. Sed q̄m & tua ſemper & doctiſſimorū hoīm ſnīa fuit: qui acadimica peripatetcis miſceret: eū vtrāq; ſectā & rectius habiturū & locupletius: agigrediendā michi hanc prouinciā exſtimaui: vt iam pro mei viribus ingenij: pro mea quāta maxima poteſt aſſiduitate & diligentia. platone cū Ariſtotele & viciſſim alterius ſtudiis Ariſtotelē cū platone conferrem. Verū vt te ꝑmonitore prius: ita nūc adiutore opus eſt tuæ que erit humanitatis & ſīme beniuolētie non deeſſe propoſito meo atq; eo quidē tā honeſto & liberali id q̄d cumulatiſſime abſte factū cenſeo ſi librū tuū de īmortalitate aīorū ad me miſeris: Quo veluti ꝑmōſtratore quodā in platonica diſciplina profecturū me vt opto: ita cōfido. Quis enim ficino: in quo ſi vera eſſet pytagoreoꝝ ſentētia reuixiſſē platonē crediderim non queq̄ maxima ī eo doctrīe genere de ſe ipſo ſibi polliceatur: Tu modo mihi nō deſis. Quod impetratum abſte pluribus cōtēderem, niſi ipſa qua tu plurimi facis honeſti ratio hoc idem a te contenderet Si ēm pro amicorum vtilitate declinādum aliqua tenus de Via & Cicero noſter & chilio ſapiēs & Theophraſtus grauiſſimus philoſophus exiſtimarūt Nonne erit in tam honeſta petitiones amiciſſimo homini defuiſſe flagitium. Fac igitur vt quod iam diu adhortatione ſequor tua ope etiam aliquando conſequar. Qui ēm hāc in re mihi auxiliari poſſit ꝑter te habeo neminē: quando quidem vt ſpecioſa alia complura atq; preclara ita platonicarū rerū

Studioſi nomen ſibi pic⁹ vēdicat

liber marcilii de īmortalitate animorum

Devia declinandū vtilitate maicorū

UVA. BHSC. IyR_241_1

cura apud noſtræ ætatis homines penitus exoleuit. Vale.

Ioannes picus Miran. Hermolao. S.

NOn ꝙ quicq̄ habeam te dignū quod ſcribam ad te ſcri-
bo. Sed icirco tantum vt reſcribas. Alioquin mihi nec
cauſa eſt ſcribēdi vlla nec argumentū: Quippe ꝙ dāna
rim ſemper eorum ſententiam qui ad amicos ſcribendum ſenti-
unt vt hoc quaſi debitū pendatur amicitiæ. Eſt em̄ hoc totū ſcri-
bere & litteras miſſitare amicitiæ quidē ſed infirmæ & frigidiuſ
cule: que ſua vi ſubnixa non ſtet ſatis: querat atq; aliunde vnde con
ſiſtat at quæ in ipſis animi receſſibus iā penitus radices egit quid
amabo adminiculis litterarū eget. Dabo igitur Hermolae barba-
re ob id ad te meas vt quas maxime deſidero tuas alliciā. Tu cō-
tra ne a me fruſtra deſiderentur tuas reddes q̄ cumulatiſſime. Vt
em̄ infirmi eſt animi adhibere litteras amicitiæ quaſi tibicies ne
vacillet. ita facilem præſtare ſe amicis atq; beneficium liberalita
tis eſt beniuolētiæ ſingularis: Vale & muſicam ptolomei: ſi id
incōmodo non ſit tuo ad me dedas futurā hic ad dies pauculos.
Quid. n. a te nō audacter petā: cui ego iā pridem mea oīa noui di-
cauiq;.

Scribēdū amicis vt reſcriba-uit.

lr̄as locat tibicines:

Ioannes picus Miran. Hermolao. S.

Nihil nūq̄ aut placui magis aut debui copioſius q̄
hoc tēpore quo vna epiſtola ad te mea tam ſua-
ues tā eruditas tā tui ꝓ ſimiles litteras ad me vo
cari. Quod ſi & abfuiſſe te patauio dū illic fui &
deſideraſſe me bienniū cōſuetudinē tuā in cau-
ſa fuit cur hæc ad me ſcriberes: nō pōt mihi il-
lud q̄cq̄d ſit: nūc nō eſſe iocūdū: tā abūde vnæ li-
terę tuę votū om̄e meū nō adimplerūt ſolū ſed etiā ſuperarūt: nā
vt epiſtolæ elegantiā: amœnitatem: eruditionem ſuauitatē taceā
cui⁹ lectio vel beneficij vicem cumulate exigit. Quanti apud me
eſſe credis ꝙ tam amanter tā benigne atque adeo ex animo ī ami
cū te mihi debeas: & quo nec optare mihi quicq̄ mai⁹ auſim ī me
ornando vndiq; tuā operā tam liberaliter policearis: Quod qui-
dem genus officij nō recipiendū a deo ſed mihi ambiendū etiam
fateri ingenue nec coram erubeſcerem. Quippe nec ipſi ſtoici vt
noſti probant: nec inter has quas græci dicūt affe
ctiones vlla eſſe pōt aut laudabilior aut honeſtior ea: ſi mō inter
illas eſt quæ dr̄ cupiditas noīs & gloriæ præſtari vero michi hoc
nec ab vllo vberi⁹ poteſt q̄ a teipſo: in quo virtute oēs velut ſin

Hermola. epl̄e. ſuauitatē cumulatiſſime laudat.

Stoici.

UVA. BHSC. IyR_241_1

Honori- gulæ ſibi palmam certatim vendicant:& ego cui debeā libentius
fica polli heō me certe neminē. Eſt igit hęc mihi pollicitatō tua tā grata tā
citatō appetenda q̄ honorifica qua vel id maxime plurimū gaudeo q
egregij. cuiuſdā amoris in me tui & amātiſſimæ volūtatis fidem
facit. Habeo tandē quod vt diu ante hac deſideraui:ita nūc ſerio
triumpho. Habeo inq̄ Hermolaum barbarū latinæ linguæ deli-
cias & bonarū artiū oim inſigne prōptuariū michi non beniuolū
Artium ſolū ſed amiciſſimū:Habes & tu itidē Ioannē picū Mirandulā ita
oim prō tibi deditum:ita tui ſtudioſum:vt qui deditus q̄ ſtudioſus eē ma
ptuariū. gis nō poſſit:mutuis aduerſum te officijs:qn̄ pſtare nihil vel grā
de poteſt vel Hermolao dignum futurum imparem quidem:ſi
vero animum ſpectes certe vel æqualem vel ſuperiorem. Vale.

Ioannes picus Miran.&c.

NIchil michi dulci9 fuit dū hic apud nos eſſes tua conſue
tudine:nichil item v tilius:ea in te morum ſuauitas ea
eſt doctrīa. vide aūt q̄ habes mihi dulcis q̄ gratus fueris
dum te fruebar cum nunc dum nichil mihi ſit dulcius tui memo
Sedes a- ria. Sed profecto ſi amicitiæ ſedes animus eſt & nos id maxime
miciciea ſumus animus .ſ. vt ſcribūt plato & Ariſtoteles non eſt cur poſſit
micus. diſſidium inter nos facere vlla vel locorum remota vel diuturna
temporum interualla Cogitabant autem nunc aliqua etiam alia
ratione conſequi poſſem vt tecum eſſem neq3 aliud in mentem
venit q̄ vt noſtra de ſeptiformi in ſex dies geneſeos enarratōne
libros pa lucubratō ad te veniret. Si.n. libros quaſi liberos parim9 & patris
rere maxima pars in filio eſt:veniā ego quoq3 ad te in illo quē genui.
excipe igit venientē ad te filiolū meū vt me ſolebas hilaris & lu-
bens placebit ſcio quia amas. Scio & diſplicebit itidē qui amas.
Nam eiuſmodi pietatis eſt & eorū errata quos amam9 ſignanter
itroſpicere vt emēdem9 & itroſpectis leuiter idulgere ne vexem9.

Authori
tas. Ioannes picus Miran. F.B.C.Th.

SAlue pater dilectiſſīe en tibi Appolloniū quē ſi tue vir-
tuti tuis in me officijs non deberē:deberē certe vel his
litteris quibus eū efflagittas tant9 in illis amor tāta hu-
Appollo manitas. Eſt.n. & ſūmi amoris quo illuc vocare quo tu iā puenisti
niū effla- ad ai. ſ. purgatōnē hoc ē ad verā fœlicitatē & ſūme hūanitatis horta
gitat ba- ri me quaſi æqualē cui legē dicere quaſi filio potes. Sed vtinā vſu
mat. euēiat aliqn̄ vt .i. ſeceſſu aliquo vna aliqn̄ pie philoſophari poſſi-

UVA. BHSC. IyR_241_1

musvidebis apud me nichil eſſe prius q̃ vt pietatem cũ ſapientia
cõiungam. Videbis hoc mihi eſſe perſuaſiſſimũ nullã eſſe ſapien Angelus
tiam que æternę in nobis ſapiẽtiæ imaginẽ obliteret. & ſimiles fa cõtuber-
cit brutis iſipiẽtibus: teſtem habeo contubernalem angelũ tantũ nalis
me quotidie de meis ſtudijs lucro apponere quantũ inde ad cer-
tamẽ purgandi animi iſtructior fortiorq; euado. Omnifaria hec
diſcipliarũ tractatio & quicquid litteræ promittere nobis poſſũt
cutẽ colorat & q̃ſi pigmẽtata facie nos reddit formoſiores. Ad ſa
nã firmã robuſtã mẽtẽ ſperare non aliũde poſſumus q̃ a vitæ ĩte-
gritate/ a moribus/ a diuia deniq; religione. volentẽ igit cogis (vt
ita dixerim) magis velle. Sed & tuis me ſacris ꝑcationib' iuua vt ꝓuer-
poſſim ẽt qđ & ego volebã & tu me velle tãtopere vis. Vale pater biũ
amãtiſſie quẽ vnice amo quẽ i oculis fero. Florẽtie. xiij. Ianuarij
M.cccclxxxx. expecto tua oia Politian' me' delitie toti' lĩaturæ
tibi aſcribi ſalutẽ iubet. Ioan. pi. Mirã. Hermolao barbaro. S

Memini me cum deliberarem quam nam potiſſimũ ex
italiæ gymnaſijs michi ſedem ad philoſophiæ ſtudia
deligerem cum me multa patauium vocarent liben-
tius illuc petiſſe vt amor in te meus quem iam diu animo nutri-
ueram mutua conſuetudine tibi palã eſſet: patauij fui & bienniũ/
Hermolaũ tñ quis credat nec vidi/ nec niſi vt multo añ fama co-
gnoui. Ita ſæpe euẽit vt dũ oblatã occaſionẽ deſidioſa quadam ꝓ loquẽdi
craſtinatiõe contẽnimus. ea vt lubrica eſt manibus elabať. Huius Feſtiui-
rei: me vehemẽter penituit & penitet & eo magis ꝙ quã antea re tas
rum omniũ doctrinam tuam rumore tantũ cognoueram eam nũc
his oculis/ his auribus agnoui: dũ Romanũ Themiſtium tuo illo
ore de igenio animæ de primis rerũ exordijs de ratiocinandi ſciẽ
tia diſertantẽ audiui. Deus bone quantũ doctrine: quæ dictionũ
diuitie: quis candor. que mũdicies orationis: O virũ præclariſſi-
mũ o expreſſam antiquitatis imaginem erat michi frequẽs votũ
vt Varronis diuinarum hũarũq; rerũ ſcripta aliqñ reuiuiſcerent:
vt eẽt apđ quẽ latie phyſicas rões ediſcerem': Tu vero & illũ & ꝓ
batiſſios quoſq; referẽs eũ te nobis exhibuiſti vt nihil aliđ ſupſit exclamat
qđ deſiderem' q̃ vt greca alia iterptãdo & tibi vberiorẽ laudẽ pa- ꝑ lepide.
rias & cumulatius de naturali hyſtoria & de ſtudioſis oib' bene
mereare. Hęc oia doctiſſime Hermolae ad nihil aliđ ſpectant niſi Quo ſua
vt me tibi amiciſſimũ eẽ itelligas: me ita virtutes tuę ad te & ſamã verba
dũ & obſeruãdũ accendunt vt nemini etiam ex cognatione tua in ſpectant

UVA. BHSC. IyR_241_1

Honeſtũ certare certamẽ.

amore cõcedam. Sanciet hæc inter nos epiſtola amicitie fœdus: vt honeſtiſſimum certamen mutuæ caritatis ſubinde certemus.

Ioannes Picus Miran. Andree corneo vrbinati. S.

QVas proxime ad me dediſti litteraas tuas idibus Octobris accepi. Quas ſcribis dediſſe prius/ non peruenerũt reſcripſiſſem illico ſi accepiſſem/ ita ſum ad ſcribendũ impiger: & in hoc munere ſiue ſtudio ſiue natura minime ceſſator. Non tamen erat quod vereреris ſilentio etiam diuturno amicitiam noſtram poſſe labefactari: perpetuus amicus ſum ego non temporarius. Et fii ma ſatis non eſt amicitiã ſi quavelut tibicines has litterarũ ſibi viciſſitudines poſtulet/ que (vt plauti dixerim verbo) quaſi nutantem infirmuſculamq; furcilét. Sed vt ad ea veniã/ quæ ſcribis ad hortaris me tu ad actuoſam vitã & ciuilẽ fruſtra me & in ignominiã quaſi: ac cõtumeliã tam diu philoſopharũ dicẽs: niſi tandem in agẽdarũ tractãdarũq; rerũ paleſtra deſudẽ. Et equidẽ mi Andrea oleum operamq; meorũ ſtudiorũ perdidiſſem: Si ita eſſem nũc animatus vt hac tibi parte accedere & aſſentiri poſſem. Exitialis hæc illa eſt & mõſtroſa perſuaſio quæ hominũ mentes inuaſit: aut nõ eſſe philoſophiæ ſtudia viris principibus attingenda: aut ſummis labijs ad pompã potius ingenij: q̃ animi cultũ vel ocioſe etiam delibanda. Omnino illud Neoptolemi habẽt pro decreto: aut nil philoſophandũ: aut paucis: ꝑ nugamentis & meris fabulis iã illa accipiuntur. Sapientiũ dicta: firmã & ſolidã fœlicitatem ĩ bonis animi eſſe: Extraria hec corporis: vel fortunę: aut parum: aut nichil ad nos attinere. Sed ĩquies: ita volo Martã amplectaris: vt mariã interim non deſeras. hac tibi parte non repugno: nec qui id faciunt: damno vel accuſo. Sed multũ abeſt vt a contemplandi vita ad ciuilem tranſiſſe error non ſit: nõ trãſiſſe pro flagitio aut omnino ſub culpæ nota vel criminis cenſeatur: ergo vitio alicui vertetur & virtutem ipſam virtutis gratia nil extra eam quærens perpetuo affectet & proſequatur: q̃ diuina myſteria: naturæ conſilia perſcrutans: hoc perfruatur otio: cæterarũ rerum deſpector & negligens: quando illa poſſunt. ſectatorũ ſuorũ vota ſatis implere. Ergo liberale: aut non oĩno principis erit non mercennarium facere ſtudiũ ſapientie: Quis ęquo animo hæc aut ferat: aut audiat: Certe nunq̃ philoſophatus eſt: qui ideo philoſophatus eſt: vt aliqñ aut poſſit: aut nolit philoſophari. Mercaturã exercuit ille

Amicus tẽporarius.

plautus.

Oleũ ꝑdere.

Sapiẽtũ dicta.

Mercẽnariũ ſtudium.

UVA. BHSC. IyR_241_1

non philoſophiam. ſcribis appetere tp̄s vt me alicui. ex ſummis
italie principibus dedã. Adhuc illã philoſophantiũ de ſe opinio Oratius.
nem non noſti: Qui iuxta oratiũ ſe regũ reges putant. mores pati
& ſeruire neſciũt. Secũ habitãt & ſua contenti animi traquillitate
ſibi ipſis ipſi ſuperſunt: nichil extra ſe querũt que in honore ſunt
apud vulgus in honora ſunt apud illos & oĩno quecumq; vel hu=
mana ſiti libido vel ſuſpirat ambitio negligunt & cõtẽnunt. Qđ
cum oĩbꝰ tum illis dubio ꝓcul faciẽdum eſt. Quibus ſe ita indul fortuna.
ſit fortuna vt nõ modo: Laute & cõmode ſed etiã ſplendide viue ĩdulgens
